

LIBER OCTAVVS

CCLII

Auro innectuntur: duo q̄sq; alpina coruscant  
Gefa manu: scutis protecti corpora longis  
Hinc exultantes alios: nudosq; lupercos.  
Lanigerosq; apices: & lapsa ancilia caelo

paulatim ingressi & cuncta vastarunt octo in-  
tegris mensibus: adeo vt ea quae incendere non  
poterant militari manu diruerent solo remanente  
capitolio: ad quod cum vtesilibus reli-  
qui confugerat ciues: qui tamen a gallis obside-  
bant etiam id penetrare cupientibus: quos alii  
per dumeta & saxa aspera: alii per cuniculos di-

cunt conatos esse ascendere. Tunc Manlius custos capitolii gallos detruxit ex arce dangore anseris excita-  
tus: quem priuatus quidam Iunoni dederat dono. Nam secundum Plini. nullum animal ita odorem ho-  
minis sentit. Pro templo. pro defensione templi. Nam ante templum non procedit: cum obsessus intra tem-  
plum esset. Sit in nono: ipsi intus dextra ac leua pro turribus astant: Ter. Nam nisi haec ita essent: pro illo  
baud stares pbædria. Tenebat. Defēdebar: & est militare verbum vt etiam Salustius dicit: Vnde contra  
victos loco motos dicimus. Cicero loco illo motus est. Horrebat regia culmo. Curiam calabriam dicit  
quam Romulus texerat culmis: ad quam calabaē id est vocabat senatus: vocabat & populus a rege sacri-  
ficolo: vt quoniam ad huc fasti non essent ludorū sacrificiorū prænoscere dies. Atq; hic in capitolio: &  
facis prudenter argenteum anserem dixit: nam quasi epitheto est coloris: & significauit rem veram in capi-  
tolio in honorem illius anseris: qui gallorum nunciarat aduentum positus fuerat anser argenteus. Au-  
ratis porticibus. hoc ad tempus retulit florentis romanæ republice. Nam illo loco vbi dixit Horrebat  
regia culmo: ideo addidit romuleo: vt incipientis & pauperis adhuc imperii tempora designaret. Ca-  
nebat. quasi prædiuinabat: Nam canere & dicere & diuinare significat. Arcemq; tenebat. Deest pene: nā  
prope tenuerunt. Defensit tenebris & dono noctis opacæ: multi iterationem volunt: alii dicunt tenebris  
propter cuniculos. Dono noctis. somno Manlii: nam somnus noctis est donum. Aurea vestis. hoc  
est barba: vnde contra inuestes dicimus imberbes: vnde est cum mibi prima genas vestibat flore iuuentus  
Virgatis lucent sagulis. quæ habebant in virgarum modum deductas vias: & bene alludit ad gallicam lin-  
guam: per quam virgæ purpura dicitur. Virgatis ergo ac si diceret purpuratis. Gefa. bastas virles: nam  
etiam viros fortes galli gestos vocant. Scutis longis. per hæc corporum ostenditur magnitudo: vt sup  
Scabant tercentum nitidi in presepibus altis: per quod equorum magnitudinem expressit. Hic id est in  
eodem scuto: & congrue sacerdotes statim post templa commemorat. Salios. qui sunt in tutela Iouis  
Martis Quirini dicti falli: ideo quod circa aras saltant & tripudient. Nudosq; lupercos. Cum in hono-  
rem Panos lupercaliorū solenitas celebraret: pecora romanorū subito a latronib; rapta sunt: Illi proiectis  
vestibus persecuti sunt latrones: quibus oppressis & receptis animalibus propter rem a nudis p̄pere ge-  
stam: permansit consuetudo: vt nudi lupercalia celebrarent. Lanigeros apices. Flamines in capite habebant  
pileum: in quo erat breuis virga desuper habens lanæ aliquid: quod cum per æstus ferre non possent  
filio tantum capita religare coeperunt: Nam nudis penitus eos capitibus incedere nefas fuerat. vnde a fi-  
lio quo vtebatur: flamines dicti sunt: quasi filamines. Verum festis diebus filio deposito pilea necesse erat  
accipere: quæ secundum alios ad ostendendam sacerdotii eminentiam sunt reperta: sicut columnæ mortui-  
s nobilibus superponuntur ad ostendendum eorum culmen. Alii dicunt non propter eminentiam dignita-  
tis hoc factum sed quia cum sacrificarent apud lauro lauiniū: & eis extra frequenter aues de vicinis veni-  
entes lucis arripent eminentia virgarum eas terrere voluerunt. Exinde etiam consuetudo permansit vt  
apud lauro lauiniū ingentes haberentur virgæ non breues vt in vrbe. Lapsa ancilia cœ. regnante Nu-  
ma pompilio scutum breue & rotundum caelo lapsum est: & cum aruspices respōdissent illic fore vrbis im-  
perium vbi illud fuisset: diligentia numa ne quando ab hostibus posset auferri adhibito Mamurio fabro  
multa similia facta sunt: & in templo Martis locata. Quod autem dicit ancilia plurali numero vtitur pro sin-  
gulari: nam vnum lapsum est. Ancile autem dicitur aut quasi vndiq; circumcisū: aut quasi ἄμφιχέλιον.  
id est vndiq; labrum habens.

CHR. Chlozia. Cum in bello contra Tarquinum Porfena ostendisset se velle res componere mi-  
serunt romani legati: qui de inducis agerent donec iudicium res fecisset: & de primis familiis viginti pu-  
eros duxerunt: qui obsides essent dandis filios suos primum consulibus. M. quidem Bratio filium. P.  
vero Valerio filiam iam nubilem. Verum virgines dum porfena de re deliberat: rogantur virgines custo-  
dem: vt sinat eas se in propinquo flumine lauare: atq; interim ab eis discedere ne nudas aspiciat. Quare im-  
petrata Chlozia cæteras adhortata: vt se sequantur: primaq; fluuium transire coepit: reliquæ sequuntur  
sicq; in urbem ad parentes redire. Chlozia statuta a nea erecta in via sacra qua in forum itur. Virginum  
autem præter hanc nos statuas nullas extantem inuenimus. Dionysius ait. Anser. hæc auis venietes  
gallos præfrensans dangore edito canes excitauit. Canes vero Mallium: vt est apud Lauium: sicq; seru-  
rum est capitolium: vnde teste Plinio cibaria anserum censores in primis locabant. Est illi fama amoris  
nam Olenum puerum argis ab anserē amatum ferunt. Item Glaucem qui Ptolæmo regi cybara cane-  
bat. Lacidi vero philosofo ita ppetuo sibi comes adhaesit: vt nusquā illum reliquerit. Sunt qui asserant  
singulis annis consuuisse romanos omnibus diebus de anserē sacrificare quæ consuetudo ita conuersa est ad  
christianos: vt in omnium sanctorum celebratione. quæ Calendis nouembrib; est: anserem epularentur. Saga  
Quod adhuc florentini obseruant. Sagulis: Saga militares sunt vestes. Hinc per diminutionē sagula. Saga  
Lactea. candida: nam præter cæteros albi sunt galli. Quapropter a græcis propter huiusmodi colorem  
gallatæ dicuntur ab eo quod est galla: id est lac: recte ergo lactea dixit.

Saga  
Galli  
Gala-  
ta.